

DISPUTATIO INAUGURALIS 525.

DE
MORA.

1648, 5.

19

QUAM

SUB PRÆSIDIO
SACROSANCTAE ET INDIVIDUAE
TRINITATIS

Ex Decreto & Autoritate

MAGNIFICI NOBILISSIMI
ET AMPLISSIMI ICTORUM COLLEGII
IN ALMA ARGENTINENSIVM
UNIVERSITATE

Pro summis in utroque Jure honoribus ac
Privilegiis legitime consequendis

Publico examini submittit

ALEXANDER KIRCH-
MAN LUBECENSIS.

Ad diem 25 Maij.

os(o)so

ARGENTORATI,
Typis EBERHARDI WELPERI
M. DC. XLVIII.

Handwritten text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

CAPUT I De Differentiis ac Differentiis Ceteris

T H E S I S I

I. Moria cunctis gravissima est et...



Main body of handwritten text in a historical script, possibly a form of Gothic or Fraktur. The text is arranged in several columns and includes various terms and phrases, some of which are bolded or underlined. The handwriting is dense and fills most of the page area below the title.

M. DC. XVIII





CAPUT I.

De Definitione ac Divisione Mora.

THESIS I.



DE Mora ejusque gravissimis effectibus dissertationem instituturus initium facio à Definitione, quæ duplex est, alia Nominis, alia Rei, Definitio Nominis meritò præmittenda, Siquidem in omni tractatu potior quidem Rerum, Verborum tamen prior haberi ratio debet. *l. 1. ff. de Reb.*

Cred. l. 7. in fin. de Suppellect. legat. Qui dubitat, poterit inspicere Disputationes & in hac & in aliis Academiis publicè habitas; In illarum Principiis hæc ad nauseam ferè solent nobis inculcari.

2. Definitio Nominis est triplex: Etymologica, Homonymica & Synonymica. De Etymologia Vocabuli Moræ non multum hic sum sollicitus, cum ea non semper magnopere consideretur *uti ex Vasq. l. 3. illustr. Controv. c. 3. n. 20. refert Warem. ab Erenberg. de feder. c. 3. n. 39.* Sed potius eam relinquo Senatui populoque Grammaticorum *Dd. in l. fin. C. de Const. pec. Warem. ab Eren. d. l.* Ubi enim de re constat, quid opus ut Verbis diu immoremur?

3. In Homonymia explicanda Juris nostri interpretes non parum diligentiores semper fuerunt. Illa enim fecunda mater errorum & controversiarum procreatrix si non tollatur & nominis & rerum fædam confusionem. *l. fin. C. de leg. tutor. parit.* Ideoque operæ pretium erit explicare quotupliciter mora in legibus nostris sumatur. Triplicem ejus acceptionem reperiri docent *Salicet, Iason, Decius & alij ad l. c. de R. C. quos refert Arumæus in tract. de mora. cap. 1. n. 3.*

Primo in plurimis Juris locis pro habitare, commorari, manere accipitur, *in §. 1. Inst. de Usu & Habitat. l. 3. ff. de Senator. l. 2. §. 4. ff. de his qui not. infam. l. 2. ff. de Serv. expor. & alibi. vid. Guilhelmum Antony de Rescriptis morat. tit. 3. conclus. 3.* Sed licet verbum illud ita usurpetur, nomen tamen moræ dicto in sensu reperi vix concesserim.

A 2

Secun-

Secundo Vocab. Moræ late sumitur pro lapsu temporis, cessatione ac dilatione sine culpa. ut colligitur ex l. 2. ff. de iudiciis l. 38. §. 6. ff. Usuris. l. 1. §. 8. ad L. Falcid. Unde Cautio moratoria, l. 5. §. fin. ff. de Censibus, Cunctatio, l. 7. §. 1. ff. de administ. tut. ambages, l. ult. C. de Compensat. Indulta seu Diplomata moratoria, Quinquennel oder Anstandsbrieffe. de quibus Dd. ad l. 2. & 4. C. de precibus Imp. offer. & antea citatus Guilhelmus Antonij de rescript. morator.

Tertio restrictive accipitur tantum pro improbata LL. & culpanda dilatione, quam neque creditori obesse neque debitori prodesse æquitatis ratio postulat. Et in hoc significato posteriori sumitur mora, quoties de illa illiusque effectibus Icti disputant. Arumæus de mora. c. 1. n. 9.

4. Synonymia Vocabuli hujus in genere accepti varias nobis exhibet appellationes; Vocatur enim temporis intervallum, dilatio, cunctatio; cessatio, tergiversatio, procrastinatio &c. quibus immorari diu operæ non est pretium.

5. Et hæc est. Defin. Nominis. Sequitur Defin. ipsius rei, quam omittere vel perfunctorie tractare definiti præstantia non patitur. Et si autem nonnulli moram definiti posse negant per l. 32. ff. de Usuris, ut Peckius in c. mora. n. 1. de R. l. in 6. & Amil. Ferret de mora. Ubi rectius fecissent, inquit, nostri si sustinuissem personam suam, id est, interpretum, contenti intelligentia verbi cuius definitio non est de nihilo omissa à Icto. Ego tamen cum Coras. 2. miscell. 6. num. 1. & post eum Bachov. ad Tr. Vol. 2. disput. 3. th. 6. distinguendo, aliud esse quærere de essentia moræ quasi in abstracto, aliud quando in singulis causis & casibus mora commissa dicatur; quod cum sit facti & certâ regulâ decidi nequeat, ejus definitionem potius ad Judicem vel virum bonum quam Ictum pertinere cum Cujac. ad l. 23. de V. O. respondendum arbitror. Labet itaque si non omnibus numeris absolutissima definitione, descriptione tamen moram facere frustrationem. l. 31. §. 2. ff. de negot. gest. l. 3. §. fin. ff. de Usuris debitum non solventis. l. 32. de Usuris. vel recipientis. l. 17. ff. de peric. & commod. rei Vendit. l. 9. Solut. matrim. l. 19. C. de Usuris. Sine causa legitima vel gravi impedimento. l. 3. §. 3. ff. de Act. Empt. l. 21. ff. de Usuris.

6. Dixi Frustrationem quod nomen generale est & plura suo ambitu complectitur. Brisson. l. 6. de V. S. verb. frustrari. Sed cum ea respectu creditoris possit injuriosa videri, à parte autem debitoris non tem injusta & contra; addere volui sequentia verba, sine legitima causa

causa vel gravi impedimento, quæ multa esse possunt, ut, si non opportunè solvat, vel non legitimè interpellatus sit, vel juste ad Judicium provocet &c. de quibus in seqq.

7. Per verba *non recipientis* creditoris moram potius indicare quam omittere volui, cum Cujac. ad l. 23. de V. O. in pr. Et licet Bachov. ad Tr. loc. alleg. eam respectu debitoris tantum, non etiam creditoris definiri velit, cum rarū sit & irregulare Creditorem in mora esse & in debitore omnes moræ effectus potentius sese ostendant; nullam tamen ideo reprehensionem merebor; cum nemo inficias ire possit, maximam quoque Creditoris moræ in Jure nostro haberi rationem, nec minus nocumento eam sæpe esse, in sistendo scilicet cursu Usurarum. l. 19. C. de Usuris. Interitu & periculo rei. l. 39. l. 72. de Solution. neque adeo in frequens sit, ut definitioni implicitè insit divisio. l. 1. §. 2. ff. de postulando.

8. Definitionem sequitur Divisio, Estque Mora secundum communem Dd. opinionem vel ex Persona vel ex Re, l. 32. ff. de Usuris. Illa cum propriè mora sit à Dd. ordinaria & regularis dicitur: Hæc vero cum magis autoritate Juris quam factò consistat, Extraordinaria seu irregularis. Borcholt. de Usuris. c. 3. n. 19. Molinæus de Usuris. q. 40. n. 305. Stephan. Forcatulus in tractatu de mora c. 1. n. 7. eam legalem vocat, quia sola lex constituit debitorem vel possessorem in mora & vigilat pro creditore vel domino.

CAPUT II.

Quemadmodum mora committatur.

9. Generalibus hisce præmissis ad specialiora progredimur; Et quidem cum, uti dictum. in th. 7. tam à Creditore quam Debitore mora committatur, prius de mora & tergiversatione Debitoris, quæ dupliciter fit vel ex persona, vel ex re, agam.

Mora ex persona exinde nomen habet, quod ex interpellatione personæ quæ debet & cui debetur, nascatur. Cujac. 8. ad African. in l. 27. de Usur. Hujus moræ vera causa est Interpellatio. d. l. 32. l. 23. de V. O. l. 24. Quando dies legat. id est, admonitio faciendi vel solvendi ejus quod debetur. Cujac. ad Afr. d. l. quam necesse est faciamus, vel per nos metipsos vel per procuratorem seu negot. gestorem l. 24. §. fin. de Usuris. l. 32. §. 1. eod. l. 15, de Constit. pecun. ipsi debitori, non ejus filio vel servo vel procuratori. d. l. 32, §. 1. nisi ab iis verè sit certioratus. l. 20. §. 11. de hered. petit.

10. Interpellatio hæc fit dupliciter; Vel Expresse, idque rursus aut judicialiter aut extrajudicialiter, vel Tacite.

Expressa Judicialis interpellatio est quando per viam judiciariam petimus id quod nobis debetur: Quamvis enim non facile evenire possit, ut mora non præcedente perveniatur ad Judicem ut ait Papi-
nianus *Jctus in prin. l. 3. de Usuris*. Hodie tamen non infrequens est, cum sine denunciatione seu interpellatione actiones nostras intende-
re possimus. §. 15. *Inst. de Action.*

11. Judicio igitur per litem contestationem legitime constituto, cum per eam incipiat habere formam contradictoriam *Obrecht. de lit. contest. c. 1. n. 8.* dubium non est quin debitor, si petulanter litem conte-
status fuerit, in mora constitutur *l. 1. & fin. C. de Usur. & fructib. legat.* eo enim ipso debitor moram facit, quod mavult litigare, quam solve-
re. *l. 82. in fin. ff. de V. O.*

12. Expressa Extrajudicialis Interpellatio est, cum creditor ex-
tra judicium debitorem de eo, quod debetur, solvendo admonet, quod
proprie interpellare dici notat Brisson. *de V. S. n. 9.* Et per hanc quoque
non minus quam per Judicalem moram induci patet *ex l. 3. prin.*
vers. etiamsi non facile. ff. de Usur. qui textus tam perspicuus est, ut, licet
aliis *l. 122. §. 3. de V. O. l. 24. Quando dies legat. destituti essemus,*
ad contrariam opinionem refellendam sufficeret.

13. Illud video inter Dd. graviter disputari, An scilicet uni-
ca Interpellatio extrajudicialis ad inducendam moram sufficiat; an
vero geminata seu iterata requiratur? Posterius vult Corasius *2.*
miscell. 6. ubi novæ hujus opinionis primum se autorem jactat: Sed
vanè; alios enim ante eum hanc fovisse notarunt Menoch. *de Arb. Jud.*
Quest. Cas. 220. n. 29. Arumæus *de mora cap. 5. n. 14. & alij.* Inter
neotericos ad stipulatorem habet Bachovium *ad Tr. d. d. th. 6. lit. D.*
qui sat speciosis eam argumentis exornat. Sed cum periculosum sit à
Communi Dd. sententia recedere & in *l. 32. de Usuris. l. 23. de V. O.*
& *l. 72. de solut.* Simplicis tantum interpellationis absque ulla itera-
tione fiat mentio, sermo autem simpliciter prolatus de primo actu in-
telligatur *arg. l. boves. 89. §. 1. de V. S. ubi Gædd.* Unicam interPELLA-
tionem sufficere arbitror. Menochius *loco alleg. Gail. lib. 1. obser. pract.*
28. n. 5. & de Arrest. cap. 13. n. 3. Cujac. ad African. tract. 8. ad l. 27. de
Usuris.

14. Fieri tamen debet Interpellatio hæc Extrajudicialis, *l. Te-
stato, id est, adhibitis testibus, l. 122. pr. ibique Gothofr. de V. O. l. 1. §. 3.*
depe-

de peric. & commod. rei vend. Cujac. d. l. licet nonnulli id non semper
 necessarium putent, modo alia ratione constet interpellationem esse
 factam. II. Loco opportuno, ubi debitor etiam invitatus ad solutio-
 nem cogi potest, e. g. In loco rei sitæ. l. un. C. ubi fideicommiss. peti oportet.
 l. un. C. ubi de hered. agatur. l. 1. & ult. C. ubi in rem act. cap. 3. X.
 de foro competen. Domicilij, d. l. Vn. C. ubi de hered. agatur. l. 2. C. de iu-
 risdic. C. 8. X. de foro Compet. Contractus l. 19. §. 1. & 2. l. 45. ff. de lu-
 dic. tot. tit. ff. de eo quod certo loco. l. 21. de O. & A. III. Opportu-
 no tempore, nec ante diem solutioni præfixum. l. 213. de V. S. quem-
 admodum enim ante diem exigere non possumus. l. 27. l. 99. in fin. l.
 137. §. 2. de V. O. ita quoque frustra interpellamus & per consequens nulla
 committitur mora. l. 54. de Pact. l. 127. de V. O. l. 88. de R. I. c. non est in
 mora. 60. X. de R. I. in 6. Imo licet pure quid debeatur, neque tunc
 protinus post interpellationem debitor cum sacco adeundus est, ut
 loquitur Ictus in l. 105. de solut. Sed antequam quis in mora constitua-
 tur, temperamentum aliquod & temporis spacium debitori relin-
 quendum. l. 21. de Iudic. Quod uti certum in rebus iudicatis à LL.
 constitutum est. l. 2. & 3. C. de Usur. rei Iud. ita hic non tam humanita-
 tis quam necessitatis gratia, quo rem promissor quæsitum eat, arbitrio
 iudicis definiendum committo. l. 71. §. 2. de leg. 1. Menoch. lib. 2. de
 Arbitr. Iud. Quest. Cas. 36. Gothof. ad d. l. 105. IV. Verbis clavis,
 perspicuis & voluntatem Creditoris continentibus, l. 5. §. 1. Quod vi aut
 clam. Sive proferantur in scriptis sive ore. arg. l. 20. §. 6. in fine.
 ff. de hered. pet. l. 4. de pignor. l. 4. de Fide Instr. Sive etiam generaliter,
 ut puta Indigeo pecunia quam mihi debes. Etenim non tam verba
 quam voluntas inspicienda. l. 3. §. 9. de adimend. leg. & quo sensu quid
 proferatur attendendum, ut verba aliquid operentur. l. 3. in pr. de Iure-
 iur. l. 1. quod metus causa.

15. Hæc omnia si bene observantur, Unica, uti dictum Inter-
 pellatio Extrajudicialis perfecta tamen, non cœpta & postea omissa,
 l. 23. de O. & A. sufficit, neque Instantiâ, nisi in generali Interpellatione,
 ubi eam non modo utilem sed ad omne dubium removendum neces-
 sariam arbitror, opus est: licet si quid ex abundantia fiat non rejiciam,
 cum faciat ad majorem cautelam nec actum vitiet. Iason in l. 22. de R. C.
 n. 33. per l. 1. C. de rei uxor. act. Idque adeo verum est, ut ne persona
 quidem, quæ moram fecit mortuâ necesse sit repeti Interpellationem
 in personam heredis; Sed transmittitur quoad Cursum Usurarum &
 perpetuandam obligationem mora semel facta ad heredem jure here-
 ditario.

ditario Cujac. *ad Afric. d. l. Arum. cap. 8. num. 15. l. II. C. de adq. possess.*
16. Et hæc de Interpellatione expressa sufficient. Tacita fit diei, imò & horæ, expressa appositione, quam si debitor absque causa protervè præterlabi patitur, tunc moram ex persona, non ex re, ut *Arum. putat. cap. 4. de mora. n. 26. committi dico. Treut. d. d. th. 7. ibiqz Bachov.* Licet enim non ipso actu ab homine interpellatio fiat, à persona tamen, per conventionem, non à Lege, ut in mora ex re de qua infra, diem adijci nemo negabit; qua nihil aliud efficere creditor censetur, quam debitorem suum interpellare: ne scilicet hic taciti minor sit effectus quam expressi, cum procedant ex eadem potentia causæ efficientis, per ea quæ habet Everhard. in *Top. ab express. ad Tacit. 17. n. 1. 5. & seqq.*

17. Ex quibus apparet quæ nostra sit de Æmil. Ferret, ejusque sequacium opinione qui putant non solum diem contractui adjectum sufficere ad moram faciendam, vel ut vulgo dicitur diem non interpellare pro homine, sed insuper necesse esse ut accedat interpellatio hominis. Etenim cum indubitati juris sit, quod qui semel de creditoris voluntate certior factus est de eadem certiorari amplius non debeat, *l. 1. §. 1. inf. de Act. empt. & vend.* præter diem conventioni adjectum nullam desideramus admonitionem, cum debitor ea quæ promissit ipse in memoria sua servare nec ab aliis sibi manifestari debeat posse, ut loquitur *l. 12. C. de contrah. vel committ. stip. Adde l. 9. §. 1. de Usuris.* Ubi Usurarum stipulatio in diem, quamvis debitor non conveniatur, committi dicitur. *l. 114. de V. O. l. 23. de O. & A. l. 37. mandati.*

18. Neque etiam hoc in casu cum Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 1070. & Arum. cap. 5. in fine.* intervallum aliquod temporis ut *supr. th. 14.* requirimus; Ubi enim dies adjectus est, jam diu ante debitor novit, quo tempore fieri debeat solutio, ut ita sibi in tempore de solutione possit prospicere; quod certe altero casu cessat, ubi insperato sæpe patitur interpellationem, quam divinare non potuit debitor, quod ipsum etiam à Contrario sensu, tanquam firmissimo in jure argumento satis probare videtur *l. 23. vers. adeo ut & illud ff. de O. & A.* dum tamen non nimis angustis finibus tempus solvendi circumscribatur, sed totus dies arbitrio solventis concedatur. *§. 2. Inst. de V. O. vide Wilhelm. Anton. de Rescript. morator. tit. 9. concl. 59. n. 59.*

19. Quemadmodum superior ita & hæc Quæstio inter Dd. graviter disputatur, An scilicet per existentiam conditionis, expresse à contra-

contrahentibus adjectæ mora sine ulteriori interpellatione inducatur? Affirmativa placet Hotomanno *in tract. de mora Vers. sin autem, & Treutl. d. d. th. 7. lit. d.*

Negativ. defendunt Ferret. Arumæus de mora *d. cap. 5. n. 17.* & Bachov. *ad Treut. loco alleg.* Mihi lubet neutri subscribere sed distinguendum puto, monitus meliora sequar, vel adiecta conditio talis est cujus existentia debitorem latere nequeat, v. g. Si navis tua ex Asia venerit, si Doctor factus &c. vel est conditio quæ debitore ignorante existere potest. Priori casu interpellationem non desidero *ex ratione th. 17.* Sed satis, cum existit, pro creditore interpellat, *text. in l. 59. de de V. O. l. 18. pr. de Vsuris.* Posteriori verò casu eam cum existentis conditionis probatione omnino cum Dd. alleg. requiro.

20. Illud quoque silentio non est prætereundum, neque semper spacium aliquod temporis hic concedi neque indiscriminatim denegari; Sed distinguendum rursus, salvo rectius sentientium Judicio, inter Conditiones: quæ vel sunt *prestativæ*, in debitoris scilicet voluntate, v. g. Si hoc feceris: vel sunt planè *casuales*, quæ à fortunâ dependent. *l. fin. C. de necess. serv. hered. instir.* Vel etiam *mixta. l. un. § 7. C. de cad. tollend.* ita, ut vel possint certò sed tamen insperato existere vel omnino non, v. g. Si Titius tibi hoc dederit. Priori casu cum militet eadem ratio, quæ in diei adjectione, idem quoque jus est: In posterioribus vero, cum non possint prævideri, ut aliquod spacium, quo solutio commodius fieri possit, concedatur æquissimum est.

21. Hactenus de Mora Regulari seu Ordinaria quæ per Interpellationem contrahitur, egimus; Sequitur Mora Irregularis seu Extraordinaria, quæ in LL. nostris mora ex re. *l. 32. de Vsuris in re. l. 23. §. 1. eod. re ipsa. l. 3. §. 2. de adimend. legat. l. 3. C. in quibus caus. in integr. restit. in rem vocatur. l. ult. C. de condict. ob turpem caus.* Cum absque hominis facto ex solo tempore tardæ solutionis recepto more fiat, *d. l. 3. C. in quib. caus. in Integr. restit.*

Dicitur Irregularis, quod regulariter & ordinarie quemadmodum ex persona ita etiam ex re mora non fiat, sed paucissimis tantum casibus specialiter expressis. Unde etiam Intuitu Moræ ex persona quæ per excellentiam mora dicitur, in nonnullis Juris textibus vocabulo moræ non honoretur. *l. 5. C. de Act. Empt. l. 1. §. 1. l. 32. ff. de Vsuris. l. 87. §. 1. de legat. 2.*

22. Contrahitur autem hæc mora Irregularis seu Ex Re duplici modo, vel ex sola tardatione circa solutionem, vel ex die ab ipsa

B

lege

lege obligationi adjecta. Scotan. in examini Juridico. tit. de Usuris.
Ex sola tarditione contrahitur mora ex re. I. In Persona Minorum 25. annis, non modo in Contractibus b. f. sed etiam fideicommissis & legatis. l. 3. C. in quib. caus. restit. in Integr. l. 5. C. de Act. empt. l. 87. §. 1. de Legat. 2. l. 26. §. 1. de fideicom. libertat. idque sicut multa alia propter summum hujus ætatis favorem, ut scilicet, quod majores sibi prudentiâ & consilio constituere possunt, hoc minores legum beneficio habeant. Quod etiam observarunt in pronuntiando Scabini Lipsienses, tam ratione contractuum cum minoribus initorum in causa Hansen Blmans zu Leipzig/ ubi sic responderunt, So seidt ihr wegen des erkaufften Hauses rückständige 250. fl. Tagezeit gelder/ von der Zeit an/ da sie fällig worden/ ewers Brudern vnamündigen Kindern/ ewers dawider gethanen fürwendens / daß ihr darüber von ihuen nicht gemahnet worden/ vngeachtet/ zu verinsen schuldig. quam legatorum ipsis relictorum in causa Henrici Bottfeld zu Quisnitz, ubi verba Sententiæ hæc fuerunt, Hat Dorothea von Burchersrodin in ihren Testament ewern Mündlin 1000. fl. legiret/ vnd die Erben mehr nicht dann 830. bezahlet/ den rest aber diese Stund noch nicht abgestattet/ &c. So sein sie deswegen vorgedachten ewern Mündlin die Landübliche zinsen von der Zeit anzurechnen/ als Sie sich des verstorbenen Erbschafft angemasset / zu entrichten schuldig. Bened. Carpzov. Jurispr. Forens. Roman-Saxon. part. 2. Constit. 30. Desinit. 22. & 23.

23. II. Exemplo minorum in debitis Ecclesiæ vel aliarum piarum causarum, ut sunt, Orphanotrophia, Xenodochia &c. l. 22. & seq. C. de SS. Eccles. ex identitate rationis mora ex re contrahitur. Illa enim loca jure minorum semper illæsa sunt, jure minoris funguntur & minoribus æquiparantur. Cap. 3. X. de restit. in Integrum Menoch. 2. de A. I. Q. cas. 220. n. 15. Unde in tarda solutione decimarum ex re moram fieri sine interpellatione rectè notat Rittersh. in diff. Juris Civ. & Can. l. 4. cap. ult. Et quidem in legatis ad pias causas id perspicuum est, l. 46. §. 4. C. de Episcop. & Cler. nisi quis ex Nov. 131. cap. 12. nonnulli limitatum adferat.

24. III. Quemadmodum Ecclesia, ita quoque Respub. minoribus comparatur & illorum jure utitur. l. 4. C. Ex quib. causis major. Ideoque in illius debitis promanantibus ex b. f. Contractibus legatis & fideicommissis, ut supr. ex l. 3. C. in quib. caus. rest. in Integr. moram fieri concludo; Ubi enim est eadem ratio, idem quoque jus ponendum. l. 32. ad L. Aquil. l. ult. C. de Constit. pecun.

25. IV. Dd. moram ex re fieri arbitrantur in debitis Fiscis & Vectigalibus. *Gorbhofr. ad l. 3. C. in quib. caus. rest. in Integr. idq; propter textum. l. 17. §. 5. de Usuris*, quem non de mora ex persona accipiendum esse satis ostendunt verba *tardius pecuniam inferunt*.

26. V. Cum summa æquitatis ratio postulet, ut contractu à parte venditoris impleto & traditione facta, emptoris quoque removeatur cunctatio, optimè constitutum est, ut mora statim natura ipsius contractus absque ulla Venditoris admonitione ex Re oriatur, & usuræ intermedij temporis, licet emptor vel omnino nullos, vel non tot fructus, qui ad quantitatem usurarum ascendunt, perceperit, præstentur. *l. 18. §. 1. de Usuris. l. 2. C. eod. l. 13. §. 20. de Act. empt. l. 13. C. eod. Paul. 2. Sent. 17. §. postrem.* Atque ita in Scabinatu Lipsiensi Judicatum refert *Carpzov. part. 2. Constit. 30. defn. 6.* Secus tamen est, si non sola res empta fructus nullos ferat, sed Calamitate belli vel ini- quitate temporis, quale est, Proh Deum! præsentis status in miserri- ma Germania emptor vel alius debitor in solidum aut magnam par- tem facultatum suarum jacturam fecerit, & adeo denudatus sit, ut la- tifundia, quæ fortassis plura habet, inculta & ædes inhabitatas relin- quere cogatur. Vide *Frantzkius in Comment. suo ad tit. de Act. Empt. & Vend. n. 413. & seq.* Ut & Nobilissimi & Amplissimi viri Dn. Joh. Otto- nis Taboris Jcti celeberrimi præfationem *ad disput. I. de Altero tanto.*

27. An autem quæ modo de Empt. Vend. dicta sunt in omni contractu bonæ fidei vel ultro citroque obligatorio obtineant? Inter Dd. nondum convenit. *Menochius de A. I. Q. cas. 220. n. 12. Arum. de mora c. 4. n. 25. Bartholus ad l. Curabit. C. de Act. empt. & alij inter quos etiam Dn. Frantzkius loco alleg. n. 428.* ita volunt, & satis etiam proba- biliter ex identitate rationis disputari posset, nisi in *l. 13. §. 20. ff. de Act. empt.* id quasi singulare in contractu Emptionis à Jcto constitu- tum esset, & nobis religio, odiosa, uti certè hæc moræ materia est, absque ll. expressis extendere, *l. 19. de lib. & posthum. Dyn. in c. odia. de R. I. in 6.*

28. VI. Contrahitur mora ex re in specie *l. 40. ff. de Usuris* quæ talis est, Titius Creditor cui pignora erant obligata pluris illa vendi- dit, & residuum pretij penes se retinuit: Resp. Jctus in eum diem à quo pignora distraxit, recte usurarum fieri reputationem, quod nihil aliud est quam moram ex re oriri, *l. 7. de pign. act.*

29. VII. Idem obtinet in pecunia trajectitia, si nemo sit qui ex parte debitoris interpellari possit, *l. 2. de naut. fenore* quod tamen



generale esse & in aliis quoque aliarum pecuniarum debitoribus locum habere probat *l. 23. in fine. de Usuris*, dummodo testato id ipsum faciat. *d. l. 2. ut ita protestatio loco petitionis sit, Gothofr. ad d. l. 2.*

30. VIII. In delictis etiam summo adversus delinquentes odio ex Re statim mora committitur, ut in furto. *l. 8. §. 1. & l. ult. C. de Condict. furt.* Rapina, tanquam improbo furto, *pr. & §. fin. Inst. de vi bon. rapt.* Crimine abacti pecoris *l. ult. C. de Condict. ob turp. causam.* possessionis per vim occupatæ. *l. pen. de vi & vi armata & similibus.* Hi enim, cum ad restituendū ex lege teneantur, ex ipso tempore commissi delicti intelliguntur in mora esse, & ut est in *d. l. pen.* Violentus invasor ex ipso delicti tempore plusquam frustrator constitutus est. *Bachov. ad Tr. d. disp. th. 6. lit. C.*

31. Ex die ab ipsa lege obligationi adjecta mora ex re fit. Si post triennium in seculari, post biennium in Emphyteusi Ecclesiastica canon non solvatur, tunc enim Emphyteuta etiam non monitus auctoritate judicis expelli potest. *l. 2. C. de Iure Emphyt. auth. qui rem. C. de SS. Eccles. C. potuit. 10. X. de locat. cond.* Idem obtinet in conductore post biennium in solut. pensionis cessante etiam si aliter pactum sit. *l. 54. §. 1. l. 56. ff. locat. con.* Idem quoque obtinet si intra annum & mensem à milite, *1. feud. 22. vel. intra annum & diem à pagano. 2. feud. 24. pr.* in feudo antiquo investitura non petatur. *2. feud. 55. in fin. pr.* Item si post contractum matrimonium dos promissa intra biennium non solvatur, *l. fin. §. 2. C. de Iure dot.* Vel soluto matrimonio res mobiles in dotem datæ post annum non restituantur, mora ex re committitur & usuræ veniunt; Immobilium vero statim fructus à tempore dissoluti matrimonij debentur, *l. un. §. 7. C. de Rei Vx. act.* Ex eodem quoque principio usuras post 4. menses à tempore Sententiæ in personalibus actionibus deberi rescriptum est. *l. ult. C. de Usuris rei iudicat.*

32. Et hæc quoque de mora ex re dicta sufficiant, ubi tamen hoc adijciendum, ut, quemadmodum in mora regulari pro subjecta materia, modo tempus aliquod concedendum esse dixi, modo non, *th. 14. & 18.* ita quoque in hac mora irregulari usu obtineat. Et quidem in illis casibus ubi lex certum præfinivit diem, ut futuræ tempus moræ possit prævideri, cessetque ratio inductiva; vel etiam summum odium, ut in delictis id videatur exposcere, cum semper fur moram faciat. *d. l. 8. & ult. C. de Condict. furtiv.* & pro delictis nullus favor, sed pœnæ & odium reperiantur, nullum temporis laxamentum requiro. In ceteris vero

vero casibus contrarium statuo; Ibi enim verissimum est quod Ictus ait l. 35. prin. de Negot. gest. aliquid temporis præterire debere, quo debitor cessare videatur: Non enim acerbum exactorem nec contumeliosum se præbeat, sed moderatum & cum efficacia benignum & cum instantia humanum. l. 33. de Usuris.

33. Neque tamen hæc semper & ubique obtinent, sed potius cum moderamine sunt intelligenda. Si enim debitor justas differendi & recusandi causas habet, æquum est, ut, licet interpelletur vel etiam ex re mora veniat, ab ea ejusque gravissimis effectibus immunis sit. Sunt autem justæ recusandi vel differendi causæ, Si vel ipsa obligatio in se habeat diem vel conditionem; vel interpellatus conveniri nequeat, mora quippe non est ubi nulla petitio, id est, actio. l. 88. de R. I. l. 127. de V. O. Et hoc non solum obtinet si vel perpetua vel etiam dilatoria obstat exceptio l. 40. in fin. de R. C. l. 21. de Usuris. l. 112. de R. I. Ubi scilicet quis inducias moratorias in annum, biennium vel quinquennium impetravit. l. 2. & l. 4. C. de precib. Imp. off. In quibus autem debitis hoc privilegium cesset & quando quis eo se reddat indignum, tractant Dd. ad d. l. 2. & 4. Vide antea alleg. Wilhelmi Anton. tractatum de rescript. morator. Sed etiam si respectu personarum vel etiam turpitudinis obligatio nulla est; Ex obligatione enim petitio & ex petitione mora nascitur. Ideoque ubi nulla est obligatio, ibi nulla petitio; ubi nulla petitio ibi nulla mora, ut rectè colligit Gothofred. ad d. l. 127. de V. O. Ex quibus quaestio decidenda, An pupillus vel minor moram facere possit? de qua Vide Arum. de mora. cap. 6. Quæ nostra sit opinio in conflictu apparebit.

34. Item si nemo adest qui solutionem recipit. l. 1. §. 9. de Usur. Vel adest quidem sed ipsi tuto solvi nequit, ut pupillo sine tutoris auctoritate, furioso, prodigo, minori l. 1. C. si adv. solut. l. 7. §. 1. de minor. Vel procuratori qui procuratorium ostendere nequit. l. 13. de pos. vel si heres creditoris, non facta prius fide se heredem esse, interpellat debitorem. d. l. 13. vel si interpellatus reipub. causa subito abest, ut defensionem sui aut solutionem mandare non possit vel denique vi quadam majori cui resisti non potest impeditur. l. 17. §. 3. de Usuris. Sic etiam excusatur à mora qui probabiliter debitum ignorat, l. 99. de R. I. e. g. si quis in veri debitoris neque antea interpellati locum succedat. l. 42. de R. I. Vel etiam facto procuratoris nec dum tamen ei cognito obligatus sit, & ob id donec probetur, vel etiam alia justa & probabilis ex causa, si scilicet debitum adhuc sit illiquidum. Gail. 2. obs. 19. n. 8.

sine dolo ad Judicium provocet. *l. 24. l. 27. de Usuris. l. 63. de R. I.* Quæ omnia prudentis judicis arbitrio sunt relinquenda, qui non modo has in LL. expressas causas ponderabit, Sed & honestas & receptas constitutiones, imo singularia debitoribus concessa privilegia diligenter attendet.

35. Difficilis hic suboritur Quæstio quæque Dd. multum torset. An scilicet difficultas solvendi extra casus th. præced. debitorem ab utraque mora liberet? *Debet enim, si quis, solvere, Sexte, potest, jocatur Martialis*, Et quæ sunt difficulta impossibilibus annumerantur, *l. 55. fam. ercis.* ut posse non dicamur, quod possumus cum difficultate. *gl. in §. penal. Inst. de Action.* non quidem propter naturam, sed impedimentum obstands *l. 4. §. 1. de stat.* Unde etiam dicitur impossibilitas Civilis & legalis ut; *ex Zas. refert Reinking de R. S. & E. lib. 1. clas. §. c. 2. n. 32.* Ut itaque me paucis explicem cum *Bart. ad l. 5. de R. C.* distinguendum arbitror inter obligationes faciendi & dandi. *si factum in obligatione versatur* dubium non est quin debitor à mora liberetur, si scilicet vi quadam majori vel etiam morbo impediatur. *l. fin. §. 1. ad L. Rhodiam de jactu l. 5. pr. de Condict. causa data causa non secuta.* Eiusmodi factum enim tacite continet in se diem, ut habeatur ratio temporis, ætatis sexus & valetudinis *l. 137. §. 2. de V. O.* Imo ille conditionem videtur implevisse, per quem non stetit, quo minus fiat. *l. 8. l. 24. de Condit. & demonstr. l. 161. de R. I. c. 41. & 66. X. de R. I. in 6.*

36. Si vero datio in obligatione est, rursus disting, An certa quædam species debeatur an vero quantitas. Priori casu difficultas quoque moram impedit. *l. 5. de R. C. l. 47. de leg. 1.* Cum non semper in potestate debitoris sit quando velit eam dare, sed necesse habeat expectare tempus quo per rerum naturam dari possit. *l. 115. §. 2. de V. O.* Quid enim si res aliena vel hostium legetur? *§. 4. Inst. de leg. l. 104. §. 2. de leg. 1.* quam sicut heres redimere cogitur, ita nemo dixerit interpellatum statim in mora esse, si protinus non potuerit redimere, sed aliquantulum differat, donec venditor persuadeatur vel alio modo res præstari queat. *l. 71. §. 3. de leg. 1.* Posteriori casu ubi non certa species sed quantitas in obligatione versatur, difficultatem à mora non excusare autor est *Bart. d. l. quem Angel. Immol. & Iason. in d. l. 5. de R. C.* Secuti communem esse opinionem referunt. Contra vero hanc Bartoli limitationem ut iniquissimam Covarruvias in *cap. quamvis. de patris in 6.* nec satis Juridicam *Arumæus de mora. cap. 6. n. 22. rejiciunt Salicet, Decius & alij ad d. l. 5.* Sane simpliciter illud contra Bart. affirmare durum

552 5
durum esset respectu Creditoris, qui hac ratione inanes sæpe haberet actiones, ne dicam quot technæ quot fallaciæ hoc prætextu committerentur? quomodo unquam usuræ venirent à tempore moræ, si difficultas excusaret à mora? quis illam non allegaret? Multa quoque & difficultatis & paupertatis privilegia esse, nemo est qui ignorat: de quibus vide Cornel. Benincasium in tractat. de privileg. Paupert. cum sim. alleg. à Besoldo in Thesaur. pract. verb. Armuth.

37. Quare non peccare mihi videor, si arg. l. 2. §. 8. si quis caut. l. 38. pr. de R. V. 2. feud. 24. c. 2. §. prædictis, litem hanc, cum certis regulis includi nequeat, causâ cognitâ arbitrio Judicis relinquendam esse statuam, qui habitâ personarum aliarumque circumstantiarum ratione, videbit utrum obligatio in se contineat causam onerosam; an vero lucrativam, ut pro ea Creditori nihil absit. Hoc casu favori poterit difficultati, quod domi non habeat pecuniam nec creditorem inveniat, ut ait l. 137. §. 4. de V. O. Satis enim lucri captat Creditor cum debitor propter difficultatem ab ipso debito non liberatur. d. l. 137. l. 11. C. si cert. petat. l. 41. §. 1. de fideicom. libert. Illo autem casu idem statuere durum esset, cum nunquam contraxisset si re sua se cariturum, debitorem vero excusatione difficultatis à mora liberari posse creditor sibi persuadere potuisset. Et hoc est quod dicit Venulejus difficultatem ad incommodum promissoris non ad impedimentum stipulatoris pertinere. d. l. 137. §. 4.

38. Hactenus de Mora Debitoris actum quot modis illa committatur; nunc pauca subijciam de mora Creditoris, qui non tam variè ac debitor moram incurrit, sed unico tantum illo casu, Si debitum oblatum accipere recuset. l. 72. pr. de solut. Ne autem in illa peccetur sciendum primo nihil interesse utrum ab ipso debitore fiat oblatio an ab alio pr. Inst. Quib. mod. tollatur, modo opportuno loco & convenienti tempore offeratur debitum. Est autem tempus inopportunum & locus vel ratione circumstantiarum quando scilicet in jus vocari nequit. Cujac. ad Afric. 8. in l. 39. de sol. ut si sacra facienti, causam apud Prætorem agenti, funus familiare ducenti, uxorem jamjam sibi copulanti &c. debitum obtrudatur. arg. l. 2. de in jus vocan. vel ratione personarum, si scilicet debitum offeratur furiosis, pupillis, Infantibus. l. 25. C. de admin. tut. §. ult. Instit. quibus alien. licet vel non. vel etiam ratione conventionis, si alio loco, quam quo dictum est, offeratur. l. 2. §. 7. C. t. t. de eo quod certo loco, l. 112. pr. de V. O. l. 9. C. de Solut.

39. Quid juris si ante diem obligationi adjectum oblatio fiat, annon

annon hoc casu creditor eam juste recusat? Maximam certe id mere-
tur dubitationem, ob fundamenta quibus *Cujac. ad l. 38. §. 16. de V. O.*
& alij id affirmant; Attamen si non expressè constet diem Creditoris
gratia, quod raro fit, adjectum. *l. 3. §. 3. de Vsuris. l. 17. de R. I. Con-*
trarium verius esse magni nominis Jcti tradiderunt. per l. 18. de Const.
pec. l. 38. §. 16. l. 41. §. 1. l. 137. §. 2. de V. O. l. 70. l. 98. §. 4. de Solut.
Coras. ad d. l. 38. Wesemb. in paratit. de Solut. n. 5. Et ita responderunt
Scabini Lipsienses, *Es were dann daß euch als dem Creditori zum be-*
ssen die drey jährige bezahlung frist bestimmet vnd angesehen worden / auff
solchen fall möchtet ihr vor verfließung der Zeit die zahlung anzunehmen
wider ewern willen nicht gedrungen werden / Carptzov. jurispr. forens. p. 2.
const. 28. def. 12.

40. Et hæc de opportunitate, quæ tamen non sufficit nisi simul
res, uti convenit, offeratur; Notissimi enim juris est Volenti quidem
l. 17. C. de Solut. non tamen invito. l. 2. §. 1. de R. C. nec ignorantia l. 50.
ff. de Solut. aliam quam quæ debetur, rem obtrudi posse; nisi forsan in
defectum ad evitandam carceris pœnam id admittatur secundum Nov.
4. c. 3. Auth. hoc nisi C. de Solut. Extra hanc necessitatem res quæ debe-
tur in re deteriorata solvi & offerri legaliter nequit. *l. 3. §. 1. Commod.*
l. 8. §. 1. de Cond. furt. l. 54. §. fin. de hered. petit. & si de certa moneta
reddenda inter contrahentes convenerit, wann Ste auff ganze Reichs-
thaler oder Goldgulden in specie gehandelt / Solutio in nummis commu-
nibus seu moneta usuali fieri non potest, ne scilicet aliud pro alio sol-
vatur. d. l. 2. §. 1. de R. C. Unde consequens est, si nihil adjectum de
certâ monetæ specie, æstimationem ejus in quacunque monetâ, modo
non reprobata. *l. 24. §. 1. de pign. act. & exinde debitor damnum sen-*
tiat, l. 99. C. de Solut. fieri posse. l. 65. §. 1. de V. O. l. 94. §. 1. de Solut. l. un.
C. de coll. aris. Vide Carptzov. jurispr. forens. p. 2. Const. 29. def. 2. & 4.

41. Si itaque opportuno loco & tempore, uti dictum, debitum
offeratur & creditor id nihilominus accipere nolit, moram incurrit,
nisi forsan non totum debitum fuisse oblatum dicat. Quemadmodum
enim particularem solutionem cum multa secum trahat incommoda,
nisi certis in casibus, *l. 41. §. 1. de Vsuris. l. 4. §. 6. de statu lib. l. 4. C. de*
Coll. fund. patr. l. 21. de R. C. invitus creditor accipere non cogitur d. l.
41. §. 1. Ita quoque oblatio pro parte facta, cum pro solutione cedat
l. 72. de Solut. ad liberandum debitorem à mora non sufficit l. 9. C. de So-
lut. Totum enim debitum una cum usuris offerendum, ut si vel mi-
nimum ex Usuris desit, nulla ex parte liberetur, *d. l. 41. §. 1. de Vsuris.*
Carptzov. d. Const. 28. def. 13.

42. Et si

535 5
42. Etsi autem quæ dicta sunt ad Creditorem in mora consti-
tuendum sufficiunt, si tamen debitor melius sibi consultum velit, pe-
cuniam oblatam testibus præsentibus deponere debet. *l. ult. C. debito-*
rem vend. pign. impedire non posse. Neque vero sola oblatio ut in col-
lation. publ. pension. *l. 1. C. de suscept.* Cursum usurarum sistit & de-
bitorem periculo rei liberat: Satis elarè enim. *l. 9. C. de Solut. oblatio-*
nem solenniter fieri docet, illamque solennitatem l. 6. l. 19. C. de Vsu-
ris. Nov. 91. c. 2. præscribunt; ut scilicet testibus præsentibus offeratur,
& si creditor accipere recuset, obsignata, (sacculo lino trajecto, signis-
que non præcise publicis sed privatis etiam amicorum, ut docet *Hil-*
lig. ad Donell. 16. Comm. 14. l. A. ceræ impressis l. 1. §. 36. deposit. l. ult.
de lege commissor.) vel etiam in arcâ conclusâ obseratâ, Clavibus licet
retentis *Cujac. tract. 8. ad African. in l. 39. de Solut. in locum publicum*
ut sunt sacratissimæ ædes, tabularium urbis, *Cujac. d. l. vel quem iudex*
monstraverit, deponatur *l. 28. §. 1. de admin. tut. l. 1. §. fin. & l. 7. de Vsu-*
ris. Quæ cum conjunctim ad plenissimam liberationem requirantur,
omnia adimpleri necesse est, nec sufficit alterutrum fieri. *arg. l. 129. de*
V. O. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 36. & l. 2. obs. 19. n. 17. alias ab usuris & in-
teritu rei plenissimè debitor non liberatur. Borchold. de Usuris. c. 7. n. 11.
Carpzov. l. all. defin. 16.

CAPUT III.

Quinam sint Effectus Moræ.

43. **E**ffectus Moræ considerantur vel ex parte Debitoris, vel ex
parte Creditoris. Ex parte Debitoris varij sunt ac multi-
plices, inter quos principatum obtinent hi quatuor sequentes.

Primus est *periculum & interitus rei debite.* Etsi enim regula-
riter ad casus fortuitos nemo tenetur *l. 6. & l. 9. C. de pign. act. l. 45 de*
O. & A. l. 33. l. 37. l. 83. §. pen. de V. O. cum res pereat suo domino, nisi
aut aliter convenerit *l. 1. §. 35. ff. depositi* aut quantitas non tamen cer-
ta instar Speciei *d. l. 37.* aut genus quod perire nequit, debeat. *l. 11.*
C. si certum petatur. l. 30. §. 5. ad L. Falcid. re tamen post moram quo-
cunque modo peremptâ debitor ad æstimationem ejus præstandam te-
netur. *l. 23. l. 24. l. 49. pr. l. 127. de V. O. l. 5. de R. C. l. 39. §. 1. l. 108.*
§. 11. de legat. 1. quod tamen indistincte affirmari nequit. Commu-
niter *Dd. in d. l. 5. de R. C.* distinguunt inter actiones reales & persona-
les, quod etiam probat *Bachov. d. d. th. 8.* Alij inter moram ex re &
ex per-

C

ex persona; Alij cum Cujac. & Gædd. inter m. f. & b. f. possessorem, Alij aliter ut videre licet apud Gædd. de contr. vel committ. stip. & V. S. Mihi res ita videtur expediri posse, nim, Bonæ f. possessori qui justam habet litigandi causam, cum propter metum hujus periculi nemo teneatur jus suum relinquere indefensum, nec moram fecisse dicatur, qui ad judicium provocat, ut supr. dictum th. 34. mortalitatem & interitum speciei imputari non posse, sed semper illum liberari. l. 16. de R. V. l. 40. de her. pet. l. 63. de R. I. In m. f. possessore, ad quem merito refero & illum, qui licet ab initio possessor b. f. fuerit, injuste tamen ad judicium provocat; post scientiam enim rei alienæ, quæ maxime est lite contestata m. f. possessori æquiparatur. l. 48. §. 1. de A. R. D. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. de hered. pet. præsertim cum sciat se obtinere non posse. l. 24. de Vsur. l. 63. de R. I. ita se res ex æquo & bono habebit, ut tum demum morator liberetur, si res apud actorem, etiamsi confestim restituta æquè fuisset peritura. l. 14. in fin. depositi. quod tunc maxime accidit, si forsitan petitor rem distracturus non fuisset. l. 15. in fin. de R. V. l. 40. de her. pet. l. 47. §. ult. de legat. 1. id autem ex certis indicijs & propria confessione contra asserentem præsumi poterit. Vide omnino l. 46. de furtis & l. 14. §. 11. in fin. de eo quod metus causa, ibique Gothofred.

44. Alter Effectus est Præstatio fructuum, l. 38. §. 1. cum seq. de Vsur. Ubi considerandum, quænam actio instituat. Si enim Rei vindicatione vel etiam actione personali petimus id quod nostrum est, vel aliquando fuit, non est dubium, quin simul fructus veniant hac actione. l. 44. de R. V. l. 5. l. 17. & l. 22. C. eod. d. l. 38. §. 1. l. 113. de R. I. l. 3. C. de Condict. ex lege. Sive ea stricti juris sit sive bonæ f. restitutio enim fieri debet cum omni causa, d. l. 38. §. 4. l. 22. l. 35. l. 75. l. 81. & l. ult. de V. S. præsertim si malæ f. possessor, qui etiam percipiendos restituit. §. si quis à non domino. 35. Inst. de R. D. §. 2. Inst. de Off. Iud. l. 62. §. 1. de R. V. Bonæ f. possessor post litem demum contestatam eos refundit. l. 48. in pr. de A. R. D. l. 1. §. 1. C. de hered. pet. l. 4. §. 2. Fin. reg. tunc enim quoad fructuum possessionem, non vero quoad periculum interitus fit malæ fidei possessor. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. de hered. pet. imo prædo. d. l. 25. §. 7. l. 31. §. 3. d. tit.

45. Si vero actio personalis intentetur ad petendum id, quod nostrum non fuit, tunc fructus regulariter cum re debita non debentur. l. 78. §. fin. de V. O. Post moram tamen in b. f. Judicijs ubi aberior est & laxior judicis circa has actiones potestas, ex bono & æquo judicandi, cum usuræ veniant, quo minus fructus quoq; debeantur nullã video

534
5
video rationem. l. 17. §. 4. l. 32. §. 2. de Usur. In stricti vero juris actio-
nibus cum ibi iudex certæ sit addictus formulæ, à qua recedere non
potest, post illam demum moram, quæ per litis contestationem indu-
citur ex æquitate, ut quale est cum petitur tale etiam detur, fructus de-
beri probant. l. 2. l. 38. §. 7. de Usuris.

46. Tertius Effectus est *Præstatio Usurarum* quas vulgo Dd.
fructus Civiles vocant, & in bonæ f. Judiciis fructuum vicem obti-
nent. l. 34. de Usuris adeo ut à tempore moræ statim debeantur. l. 17.
§. 3. in fine l. 32. §. 2. ff. & l. 2. l. 13. C. eod. In stricti juris judiciis diversa
est ratio. Non enim cum Dd. apud Berlich. 2. conclus. 38. quos defendit
Coras. 2. miscell. 7. etiam hic, non quidem ex qualibet morâ, sed statim
post litis contestationem, ut fructus *th. prac.* ita & usuras deberi sta-
tuendum est; præterquam enim quod odiosæ, non etiam uti fructus
naturales sunt rei accessiones, ex re alioquin sua natura sterili produ-
cuntur, pecunia enim germinat pecuniam, quæ tamen regulariter
non est apta germinare. Unde merito concludimus, In stricti juris
judicijs usuras nisi per stipulationem promissæ, ex nulla morâ ne qui-
dem post litem contestatam deberi. l. 1. C. de condict. indeb. l. 3. C. de Usu-
ris. l. 24. de præscript. verb. l. 22. de donat. Vid. Hagen de usu Usurar. c. 8.
Arum. de mora c. 8. n. 12. 13.

47. Quartus Effectus consistit in eo quod interest: Ne enim
debitori sua ullo modo profit, Creditori vero alterius noceat mora
constitutum est ut Creditor ad id quod interest moram non esse factâ,
agere possit. Quemadmodum autem hic effectus maximam habet
utilitatem præsertim in ejusmodi casibus ubi ad fructus vel usuras agi
nequit, e. g. Si mora fiat in obligatione faciendi, ita generaliter ob
quamcunque moram, ex quacunque etiam causa descendat, ubi præ-
ter usuras & fructus majus aliquod damnum patimur contemplatione
scilicet ejus lucri, quod adipisci potuerimus, ex hoc capite *Quod*
interest experiri licet. l. 2. §. ult. ff. de eo quod certo l. fin. de pign. act.
l. 33. in fin. locati l. 114. de V. O. l. 13. rem ratam. l. un. C. de Sentent.
quæ pro eo quod inter est. ita tamen ut in casibus certis duplum veri
pretij non excedatur; in casibus autem incertis, ut in obligationibus
faciendi, ejus æstimatio iudicis arbitrio committatur, qui damnum
quod revera passi sumus considerabit. d. l. un. licet Wesemb. 2. Consil.
110. juramento interesse probari posse velit.

48. Hi sunt præcipui effectus moræ ratione debitoris, qui non
tantum moratorem feriunt, sed etiam illius heredem qui in defuncti
C 2 vitia

vitia & virtutes, commoda & incommoda succedit l. 11. C. de Aq. poss.
 cumque eo una eademque est persona Nov. 48. in præf. Fideiussori
 quoque principalis mora nocet quoad perpetuandam obligationem,
 cum alias interitu rei debitæ expiratura fuisset l. 28. de V. O. In hoc
 enim sese fideiussor obligavit, ut ita æquum, si reus per interitum non
 liberatur nec fideiussorem liberari, nisi forsan hic rem debitam antea
 obtulit, quæ postmodum interiit. d. l. 28. Quoad augendam vero ob-
 ligationem ratione Usurarum & interesse nequaquam principalis mo-
 ra fideiussori obest. l. 8. de eo quod certo loco. l. 68. §. 1. l. fin. de fideiuss.
 Cum enim effectus Contractus se referat ad tempus Contractæ obli-
 gationis arg. 69. de contrab. empt. non videtur fideiussor in aliud se
 voluisse obligare quam in id, quod tempore fideiussionis in oblig. fuit;
 nisi forsan in omnem causam fideiussor. l. 54. ibiq; Gothof. locati l. 5.
 C. de pact. inter empt. & vend. Idque Iure Lub. l. 3. tit. 5. §. 1. comprobatur.
 Wird einer zum Bürge gesetzt für Schuld auff gewisse Zeit / der Bürge
 muß auff dem fall der nicht zahlung die Schuld bezahlen / für den Schaden
 aber darff er nicht antworten / sondern der Principal muß denselben gelten
 vnd richtig machen / es were dan ein anders außdrücklich placitiret vnd be-
 dinget. Quod tamen non ita rigide accipiendum quasi id expressè
 exprimi oporteat, sed quod eo ipso dum citra mentionem certæ quan-
 titatis & loci adiecti intercedit, in omnem causam intercessisse videa-
 tur; quod maxime obtinet, ubi fideiussor accesserit contractui b, f. ex
 quo descendens actio suâ naturâ admittit augmentum usurarum d. l.
 54. l. 2. §. 12. de administ. rer. ad Civ. pertin. ut eruditè monet Bachov. ad
 Treut. part. 1. disp. 23. th. 5. lit. d. e. Vide Carpzov. Jurispr. for. p. 2. const.
 19. def. 2.

49. Hactenus actum est de præcipuis effectibus quos mora
 Debitoris producit: Sequuntur alij & quidem non minores qui ex
 mora Creditoris proveniunt. Si enim debitor pecuniam vel aliam
 rem debitam, licet nudè tantum, offert, (neque enim cum Dd. com-
 muniter tunc demum Creditorem debitum obtulisse dicimus cum
 realiter numeravit; nisi forsan jam ante creditor declarasset debitori,
 se nolle recipere, vel ejus generis res sit, ut creditori offerri nequeat,
 v. g. res immobilis, tunc enim verbalem oblationem tantum requi-
 runt Coraf. SC. Curia Tholos. cap. 57. Sed, si pecunia præsens in sacco
 offeratur, vel ita comparata ut solvi facile possit, l. 4. §. 1. de eo quod
 certo loco l. 72. §. 3. in f. de Solut. sufficere putamus, ut testato debitor
 bonâ fide paratum se esse dicat ad solvendum. l. 122. pr. de V. O. l. 39.
 de so.

de solution. l. 5. C. de distr. pign. Novell. 91. c. 2. Vbi non ipsam numerationem factam sed debitorem paratum fuisse ad solvendum dicitur) moram purgat ac impedit, Cursum usurarum ex mora debitarum sistit, l. 122. §. 5. de V. O. fatali casu liberatur, l. 105. de V. O. l. 72. de Solut. nec amplius quam dolum præstat. l. 17. de per. & com. rei vend. l. 9. Solut. matr. Sic quoque per obl. conditio habetur pro impleta. l. 24. de Cond. & demonstr. pœna non committitur. l. 23. in fin. de recept. indeque graviores Usuræ in stip. deductæ exigî nequeunt, si minores offerantur de quibus ab initio convenit. l. 9. C. de Usur. Libertas statim competit, l. ull. C. de condit. insert. à publicis debitis, si testato fiat; contingit liberatio. l. 1. C. de susceptorib. lib. 10. tit. 70. Imo Creditor nonnunquam periculum sustinet, si scilicet res arrestata statim post præstitam vel oblatam cautionem non restituatur & propter hanc moram intereat, Gail. de Arrest. Imp. c. 3. n. 1. Unde etiam est, quod post dictam oblationem morator actor qui eam non recepit, expensas necessarias refundere teneatur. Constit. Imperij in Regenspurg de Anno 1594. §. Was den serner.

50. Ceterum cum hæc oblatio nuda non liberet debitorem forte vel debito, si adhuc extet; sed iterum conveniri possit. l. 127. de V. O. iunct. l. 17. de peric. & commod. rei vend. neque usuris ex stipulatu debitis l. 7. de Usuris. l. 19. C. eod. vel ex mora tutoris provenientes. l. 1. §. fin. ff. eod. l. 28. §. 1. ad administ. tut. utile non minus quam necessarium est, ut secundum solennitatem antea à me in th. 42. præscriptam offeratur. Tunc enim plenissima contingit liberatio tam ab obligatione principali, quam ab omnibus quæ eam comitantur; ut sunt Usuræ, fideiussiones pignora & similes accessiones.

CAPUT ULTIMUM.

Quemadmodum mora purgetur.

51. **R**estat jam paucis explicare quomodo non tantum debitor, sed etiam Creditor moræ incommoda possit effugere, quod in jure nostro purgare. l. 73. §. fin. de V. O. l. 8. l. 14. de Novat. emendare moram dicitur. l. 91. §. 3. de V. O. Cum enim expediti juris sit, id cuivis permitti quod ipsi quidem profit, aliis vero non noceat, arg. l. 2. C. de precib. imp. off. non potuit Jus nostrum aliter, quam ut purgationem, cum fiat sine damno alterius, commodo autem ejus qui purgat, ex æquitate permetteret. Etenim effectus moræ ideo procedunt, quod

quod debitor cervicosus est, cujus cunctatio unica moræ procreatrix; ideoque æquitas postulat, ut cessante hac causa, dum scilicet quod debet jam offert, effectus quoque cessent; præsertim cum adhuc in suspensio, & ita imperfecti sint, ut loquitur Bachov. *diff. 3. vol. 2. ad Tr. th. 9. v. g.* Res ob moram hanc nondum interierit vel deterior facta. Illi vero Effectus qui cursu moræ jam ante nobis quæsiti & secundum Bachov. *all. loc. perfecti*, purgatione hac subsequuta non sistuntur, quod enim nobis semel per moram quæsitum est, non potest rursus auferri. *l. 11. de R. I. nec factum pro infecto haberi. l. 12. §. 2. de Captiv. & postlim. revers.* Hinc si per annum & diutius nobis in eo, quod debetur mora facta quamvis postea offeratur, usuræ & fructus præteriti temporis non tolluntur, licet in futurum suspendantur atque à periculo interitus ac interesse impostero nos liberet, Cujac. *ad. l. 84. de V. O.*

§ 2. Sed ut rem propius aggrediamur Controversi Juris articulus est. *Quousque liceat moram purgare?* Menochius 2. *de A. I. Q. 7.* Septem diversas Dd. opiniones recenset, quas ipsis defendendas relinquo, & concludo moram purgari regulariter vel factò debitoris, vel voluntate creditoris: quorum illud tam in faciendo quam in dando consistit. *In obligationibus faciendi communiter receptum est purgationem moræ usque ad litem contestatam admitti. l. 84. de V. O. nec sine causa;* Nam cum in judicium postea veniat id quod interest, ut pro factò jam pecunia præstetur. *l. 72. p. de V. O. l. 13. in f. de Re Iud. l. fin. Si quis in jus vocat.* fieri posset, ut creditori & actori magis proficuum sit, pecuniam potius quam factum ipsum consequi, præsertim si tale sit factum, cujus utilitas jam post moram planè sublata. Neque etiam Cujacij distinctio *ad d. l. 84.* displicet, utrum agatur ad interesse, vel ad factum, ut priori modo id obtineat quod jam dictum, posteriori vero liberetur debitor etiam post litem contestatam factum præstando.

§ 3. *In obligatione dandi moram debitorem purgare posse ex æquitate jura concedunt, Si debitum integrum opportuno loco & tempore creditori offerat. l. 17. de peric. & com. rei vend. l. 73. §. f. l. 91. §. 3. de V. O. l. 72. §. 1. de Solut.* Cum vero valdè controversum sit, quousque hoc permittendum, dum alij litis contestationem, alij sententiam terminum purgationis constituunt, cum Cujac. *ad d. l. 84.* & Bachov. *ad Tr. d. l. lit. e.* In dandi obligatione purà ac simplici ad aver-tendos effectus sequentes interitus ac interesse, usque ad Sententiam purgari moram posse arbitrari, §. ult. *Inst. de perpet. ac temp. l. 15. de dolo*

dolo malo l. 72. §. 1. de Solut. quod etiam ex crebriori Dd. Sententiã tam ratione Usurarum, fructuum, quam periculi ac interesse futuri in obligatione cui adjecta est certa dies, admittendum.

In obligatione vero pura cui pœna est adposita, litis contestationem Dd. terminum constituunt l. 21. §. fin. l. ult. de recept. l. 1. de penu legat. l. 19. quando dies legat. l. 122. §. 2. de V. O. quod etiam probat Bachov. ad Tr. d. l. Cum enim à stipulatore expressum tempus non est, iudex incertitudinem & obscuritatem latius ac benignius interpretari potest, pœnam vero actori acquisitam auferre nequit; ut ita utrumque debeat quidem, sed alterum tantum præstetur. l. 4. §. 7. de dol. mal. except. nisi expresse conventum, ut præter pœnam adhuc res ipsa debeat. l. pen. de transact. vel amplius quid in altero, arg. l. 41. pro Socio. l. 28. de Act. empr.

§ 4. Quod si vero obligatio coniunctim habeat diem & pœnam, tunc Joh. Saporita tract. de mora. cap. 4. n. 134. & seq. & alij ex Sententia quorundam vet. Interpr. modicum tempus ad purgandam moram concedendum arbitrantur. Veruntamen cum stipulationem intra Contrahentes placitam lex non possit immutare, nisi cum magna fraude stipulatoris ut ait Gothofr. ad l. 47. lit. R. in fin. de Act. empr. Ubi enim hominis est provisio ibi cessat legis auxilium. l. fin. d. de pact. convent. neque ante neque post litem contestatam moram hic quoad evitandam pœnam, purgari posse de jure veritus arbitror l. 23. pr. de recept. l. 23. de O. & A. ne alioquin dies & pœna præscribantur frustra. Cujac. ad Afric. 7. ad d. l. 23. de V. O. Carpzov. in Jurispr. for. part. 1. Const. 16. def. 4. Neque etiam inter bonæ f. & stricti juris contractus distinguendum est, cum, qui non deterretur damno impendente ex pœna adveniente certa die apposita, censeatur contumax adversus legis minas; ipsa enim lex vult placita inter partes servari, l. 23. ff. de R. l. l. i. de pactis. l. 1. pr. de Const. pecun.

§ 5. Idem obtinet si conditio cum pœna obligationi adjecta est; licet Bachov. d. d. th. 7. lit. d. aliter videatur. Cum enim æque conditionis ac diei adventus moræ absque ulteriori interpellatione locum faciat, ut supra th. 19. monui, non possum hic aliter sentire quam cum faciat, ut supra th. 19. monui, non possum hic aliter sentire quam moram commissam quoad avertendam pœnam, purgari non posse; cum satis in aprico quam legem suis contractibus partes dare voluerint, l. 23. de R. l. quamque interpellationem ad inducendam novam pœnalem obligationem efficacem esse convenerit, ut ita lex, concedendo purgationem, Jus jam quæsitum partibus invitis auferret, quod jura



Handwritten marginal notes in a cursive script, including the number '72' and some illegible characters.



jura non permittunt. *l. 11. de R. I. §. fin. Inst. de his qui sui vel.* hac tamen limitatione supra traditâ, ut modo nullum modo modicum tempus indulgeatur.

56. Nihil etiam interest, sive conditio vel dies cum pœna expresse à contrahentibus adjecta, ut sit quasi quoddam extrinsecum pendens ex sola conventionem, quod emendationem non habet; Sive etiam dies certus cum pœna à lege adjectus, ne minus efficaciter lex in suis terminis, ac conventio hominis operetur. Quo sensu etiam illud Dd. generale Brocardicum, quod refert Gail. 2. *Obs. 19. num. 11.* quando à lege vel statuto certum tempus præfixitur, eo elapso moræ purgatio non admittitur, ne th. § 3. contrarietur, accipio, ut scilicet pœnam quandam, si non expressam, attamen tacitam in se contineat. Quales sunt casus notabiles, e.g. Si quis intra tēpus legibus præfixum Jure protimiseos non utitur, postea non admittitur. *Gail. d. l. Qui intra decem dies non appellat, postea non auditur. Auth. sed. hodie C. de Appell.* Si intra tempus præstitutum Vasallus absque gravi causa investituram non petit feudo privatur. 2. *Feudor. 24.* It. ob non solum canonem vel pensionem post tempus à ll. præfixum Emphyteuta vel conductor expellitur. *l. 2. C. de Jure Emphyt. l. 54. §. 1. l. 56. locat. Conduct. Vide supra th. 31.*

57. Sunt adhuc alij duo Casus ubi purgatio moræ non admittitur. 1. Si contrahentes ipsi expresse renunciarunt. & 2. Quando executio est facta vel à lege vel ab homine. *l. 35. de condict. indeb. l. 19. de leg. 2.*

Ad prius quod attinet cum purgatio in favorem debitoris introducta sit, merito quoque illi renuntiari potest. *per vulg.* Utrum vero generalis renunciatio & clausula, *womit ich mich aller vnd jeden rechtlichen Wohlthaten/ Freyheiten/ begnadigung vnd beneficien begeben* / ad excludendam purgationem moræ sufficiat? controversum est, nonnullis id ex communi Reg. quod generalis dispositio tantum valeat quoad omnia, quantum operatur specialis, quoad speciatim enumerata. *l. 79. pr. de leg. 3. l. 51. inf. de admin. tutor. affirmantibus.* Sed cum hodie maximus circa has formulas generales nimiumque præjudiciales sit abusus, præsertim Notariorum, qui consuetudine magis quam certa ratione & partium consensu eas apponunt. *Gail. 2. obs. 77. n. 6.* & renunciationes alias stricti Juris in ijs non veniant nisi quæ specificè & expresse dicta reperiantur. *l. 35. de pact. l. 89. §. 1. de Solut. nec extendantur ad ea de quibus non est cogitatum. l. 9. de transact. l. 19. de Inoff.*

Inoff. test. Specialem omnino renunciationem ad excludendam moram purgationem cum *Arum. cap. ult. requiro.* Vide *Carpzov. Jurispr. for. p. 2. Const. 17. d. 1. & seq.*

Posteriori casu, dum executione dissoluta est obligatio, non poterit aliqua facultas purgandi remanere, cum jam nihil amplius debeaturs cuius mora purgetur.

§ 8. Extra hos casus moram purgatio regulariter est admittenda *l. 91. §. 3. de V. O.* Et licet *Dd.* Communiter purgationi locum non faciant, si vel debitum jurato est promissum, vel geminata promissio præcessit, vel sæpius debitor interpellatus vel duplex mora difformis est commissa; nos tamen illorum opinioni hac in parte non subscribimus.

§ 9. *Creditoris Voluntate* purgatur mora vi & natura *Novationis* si aut præsentem re debitam aut absentem eandem rem à debitore novandi animo stipulatus est. *l. 17. de Condict. furt. l. 29. in fin. de V. O. l. 8. de Novat.* Qua novatione cum vetus tollatur obligatio. § 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 1. de Novat.* eidem conjuncta & connexa tolli consequens erit, *c. accessorium. de R. I. in 6.* cum res jam non ex veteri sed ex novam debeaturs obligatione.

60. Remissione etiam mora commissa creditoris voluntate purgatur, si videlicet pactus fuerit debitor ne ob moram commissam teneatur. *Coventio enim dat legem Contractui. l. 23. de R. I. & nemo prohibetur juri suo renuntiare. l. pen. C. de pact. c. Significasti. Ex. de foro comper.* Ut igitur, *supr. th. § 7.* debitorem purgationi sibi competenti renuntiare posse diximus, ita etiam hic creditorem debitori commissam moram remittere & condonare posse affirmamus. Quod ipsum tamen ut & superius de *Novatione*, in dubio de effectu tantum moram in futurum tollendo accipiendum esse eruditè monet *Bachov. th. 9. lit. B.*

61. Tandem ut receptui canam, non solum debitor sed etiam creditor, licet non tam facilè excusetur à mora, cum nec difficultas, ut valetudo vel vis major hic locum inveniunt, *l. 18. pr. de Constit. pecun. ibique Gothofr.* Si rursus congruo loco & tempore interpellat debitorem, seque paratum esse ostendit, æque ac debitor moram commissam purgare potest: qua tamen in re opus est, ut *Judicem* adeat si ejus jussu pecunia est deposita, ut ex *Salicet.* monet *Arum. cap. 9. in fine. fac. l. 1. §. 36. depos.*

SOLI DEO LAUS HONOR ET GLORIA.

D

CLA-



CLARISSIMO
DN. ALEXANDRO
KIRCHMANNO,

utriusq; connubii,
& quod Themidi, sub pignore Doctorei
honoris, facundandæ;
& quod liberis quærendis, ducta domum
Uxore,

sacrum est,
CANDIDATO
S. & Felicitatem!

Festinat Themis alma tuos invadere amores:
BARBARA festinat Te retinere sibi.
Quid facias, KIRCHMANNE? suis venus utraq;
vinculis
Te ligat, & carum vult redimire caput.
Sumserit arbitrium litis sibi Pronuba Juno
Et Pallas, jam lis non erit ulla super.
Nam Pallas negat esse Themis tibi, BARBARA,
iniquam:
Virgo semper erit, semper amica Themis.
At Juno facili sponsum tibi munere totum
Tradit, & ut fias tota marita, jubet.

Sit

*Sit felix faustumq̄, ab amica lite repertum
Fædus, amorq̄ suas servet uterq̄, vices!*

Scr. honoris

Ergo

Jo. Henr. Boeclerus.

Ad Præcellentissimum

DN. ALEXANDRUM KIRCHMANNUM

Utriusque Juris Cand. paternæ gloriæ æmulum
felicissimum.


ANnulus, & Cineres & funera Romanorum,
Ista tuum nobis faciunt Kirchmanne parentem
Vivere. Tu patriam quod spero, æquabis amice
Doctrinā: & cinere è patrio revigescere Phoenix
Viribus ac virtute novis potes, optime, summo
Jure igitur Juris tibi debebuntur honores
Summi, pro summis qui decertare Camœnis
Nunc fatagis. Summus tua cœpta accepta secun-
det.

scrib.

Johannes Reinhardus Storck/

Reip. Argent. à Secret. & Rege-
storum cura.


F I N I S.




X 2615944

WOM







TIO INAUGURALIS 525.
DE
ORA. 1648, 5.
19

QUAM
IB PRÆSIDIO
CTAE ET INDIVIDUAE
RINITATIS

creto & Autoritate
CI NOBILISSIMI
MI JCTORUM COLLEGII
ARGENTINENSIIUM
IVERSITATE

utroque Jure honoribus ac
legitime consequendis
o examini submittit

NDER KIRCH.
LUBECENSIS.

diem *Mayj.*

os(o)so
VENTORATI,
RHARDI WELPERI
DC. XLVIII.

